

Liber primus

quantur. Aries enī apud pastores consue
uit esse dux gregis. Sed ista glia ānihilat
in libra. i. in diuina sapia oia recto ponde
re librāte ꝛ pōderāte. vñ Aplꝰ dicit. j. Co
rinth. iij. q sapia huius mūdi stultitia est
apud deū. Itē venꝰ gloziā suā habet in
piscibus. xxviij. gradibꝰ: ꝛ casum suū siue
tristiciā suā ī ꝺsili gradu signi oppositi scz
virginis. Intellige ergo p venerē eos qui
carnali pulchritudine sunt venusti. q̄ in pi
scibꝰ. i. in delitijs corporis gloziant: volen
tes scz molliter viuere in aḉs delitiax. Sz
gloria eox in virgine deficit: qz castitas si
ue virginitas in ipsis delitijs perit. Berñ.
Perit humilitas in diuitijs: castitas ī de
litijs. Aplꝰ. j. Timo. v. Vidua que in deli
tijs est viuens: mortua est. Itē Mercu
rius in ♍gine. xv. gradibꝰ gloziat: ꝛ cadit
in piscibꝰ totidē gradibꝰ. Mercurius qui
gloziat in virgine: significat hoiem hone
stum q̄ superbit ꝛ extollit de carnis castita
te: quē qñq̄ deꝰ in piscibꝰ aquax. i. in ten
tationibꝰ ꝓcupiscentiax cadere ꝑmittit vt
hūilieť. vñ Philip. iij. Gloziamini in chri
sto nō in carne. Itē luna erigit in tauro
tribus gradibꝰ: ꝛ totidē cadit in scorpiōe.
Per lunā intellige terrenā potestatē: que
precipue luna terrestribꝰ dñans in tauro
erigit: dum p superbiā in tyrānidē ꝙuertit.
● Sed in scorpione deiicit: qz oīs tyrānus ī
fine male deprimit. Scorpio enī cauda: id
est fine ꝑcutit. Item saturnus in libra re
gnat: cadit in ariete. p saturnum intellige
abundantiā tēporalē. Nā saturnꝰ a satu
rando est dictꝰ. Cuiꝰ vxor a paganis fingi
tur fuisse vocata ops ab opulentia scz. qz
hanc tribuit mortalibꝰ. hec regnat ī libra:
id est in mēsura vel temperātia: qz sine tē
perantia ꝛ mēsura etiā si abundet non du
rat tēporalis substantia. Sed in ariete: id
est ī morte penitꝰ ānullat. Pṡ. lxxv. Dor
mierunt somnū suū ꝛ nihil inuenerūt oīs
viri diuitiax. Est aūt mors velut aries du
obꝰ cornibꝰ. i. modis ꝑcutiēs: qz est mors
naturalꝭ ꝛ violēta. Itē mars erigit caput
corno. xxvij. gradibꝰ: ꝛ cadit totidē ī can
cro. Per martē intellige hūanā fortitudi
nē q̄ in capricorno erigit: id est in strenui
tate bellox fulget ꝛ ascēdit. Sz in cancro:
id est ī tpe pacis occultať ꝛ marcescit. Nā
cancer nō est aīal belligex: ꝫ ī cauernūlis
se absondit. Vel fortitudo hūani corpoꝛis
in capricorno. i. ī iuuētute ascēdit ꝛ claret.
Est enī caper aīal supioza petens. Sed in
cancro. i. in senectute retrocedit et deficit.
Est enī cancer anial retrogradiens. Itē
iupiť ſm q̄sdā regnat in cancro ꝛ in capri
corno facit descēsuz. Alij vero dicūt q iu
piter erigit ꝛ caput draconis ī geminis tri
bus gradibꝰ: ꝛ cadit in sagittario totidē.
Per iouē intellige gloziā hūanā q̄ erigit
in geminis: qz in diuitijs ꝛ honoribus cre
scit. Sed in sagittario. i. in ꝓsecutiōe vl de
iectione cadit: vbi etiā caput draconis. i.
supbia q̄ est caput peccati deiicit. Item
cauda draconis erigit ī sagittario tribus
gradibꝰ: ꝛ cadit in geminis totidem. Per
caudā draconis intellige fraudulentiaz et
astutiā hoīs. Hec ē ei cauda draconis. i. q̄
dā imitatio demonis: qz hoīes inuidi atq̄
fraudulēti post diabolū vadūt. Hec in sa
gittario. i. in lingua. de q̄ Hiere. ix. Sagit
ta vulnerans lingua eox ascēdit tribꝰ gra
dibus. Primus est mentientiū: Esa. ix.
Prophetꝭ docēs mēdaciū tpe est cauda.
Secūdus est in detrahētibus: Apoc. ix.
Caude eox siles serpentibꝰ. Serpenti enī
ꝓxie detractor assimilať: ſm illud Eccs
x. Sicut ī mordeat serpēs in silētio. ita ni
hil minꝰ eo habet q̄ occulte detrahit. Ter
tius gradus est in blandiētibꝰ. Apoc. ix.
Habebant caudas siles scorpionū: Hreg.
Scorpiones sūt oēs blādi ꝛ malicioſi qui
bonis q̄dē in facie nō resistūt: ꝫ post dorsū
portāt vñ venena fundūt. Hec cauda ī ge
minis cadit: qz mala ꝛ fradulenta lingua
duplicit obmutescit. Uno mō qñ nō audi
tur. Alio mō qñ asper refellit vel repelli
tur: Ecci. xxviij. Sepi aures tuas spinis ꝛ
noli audire linguā nequā. Ille spinis au
res sepiḋ q̄ male loquēti asperꝭ ꝛ increpato
rijs verbis resistit. Sed ille nō audit q̄ au
rē ab ipso abducit. Ca. XXIX

Eruor penitētie

f vel fidei suscitat furorē ꝛ fortē ꝑse
cutionē diaboli. Nā diabolus qñ
to videt hominē exurgere vel agere feruē
tius: tanto eū ꝑsequit acrius. Sicut enim
naturales q̄ in magno estu fiunt fortissimi
venti sicut in diebus caniculariḃus. venti
enī qui tūc fiunt licet raro tali tpe fiant: ta
men fortissimi sunt eradicantes arbores et
edificia subuertentes. Et est ratio: qz tunc

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-ii-737/0048
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG